DE
CHASARIS.

EXCERPTA

EX

SCRIPTORIBUS ARABICIS.

INTERPRETE

C. M. FRAEHNIO.

PARTICULA I.

Ex Actor. Acad. Imp. Scient. Petrop. Vol. VIII.

PETROPOLI MDCCCXXII.

Litteris Academicis.

Imprimatur.

Nicolaus Fuss,
Acad. perp. a Secretis.

DE

BASCHKIRIS

QUAE MEMORIAE PRODITA SUNT

AB

IBN-FOSZLANO ET JAKUTO.

INTERPRETE

C. M. FRAEHNIO.

Baschkirorum historia antiqua densis obsita tenebris est, nec de discutiendis iis hucusque magnopere laboratum. Non igitur in sylvam ligna ferre mihi videor, in lucem protrahendo, quae de iis Arabes mei memoriae prodidere. Initium hic ducere visum est ab antiquissimis, quae mihi oblatae sunt, Baschkirorum memoriis duabus, quarum altera ab Ibn-Fofzlano (ineunte saec. X. aerae nostrae) prodita, altera a Jakuto (saec. XIII.), utraque ex hujus *Lexici geographici majoris* (معجم البلدان) eodice Petropolitano a me depromta. Eas nunc quidem, quoad textum, Codicis Bodleyani, cujus lectiones variantes officio et humanitati cel. Macbride acceptas refero, ope in nonnullis emendatum, et fidà interptetatione auctum, in medium proferre satis habeo, additurus in posterum, quae ad eas accuratius excutiendas explanandasque facere possint. Vel nuda, qualia hic exhibui, haec rerum Baschkiricarum monumenta antiqua cognovisse non poenitebit peritum historiae amatorem, qui inter alia in iis deprehendet, quae lucem afferant illis, quae Io. de Plano Carpini et Ruisbroek de Pascatirià Hungarorum patrià (quà eàdem in sententià etiam Ibn-Sa'id Maghreby, illustris auctor

Arab. saec. XIII., esse videtur) et de „Hismahelitis de terrà Bular", qui in Hungariam pervenerint, hujus regni Annales prodidere.

باشغرد بسكون الشين والغين معجمة وبعضهم يقول باشجرد بالجيم وبعض يقول باشقرد بالقاف بلاد بين القسطنطينية وبلغار وكان المقتدر بالله قد ارسل احمد (١) بن فضلان بن (٢) العباس بن راشد بن حماد مولى امير المومنين ثم مولى محمد سليمان الى ملك الصقالبة وكان قد اسلم (٣) واهل بلاده ليفيض عليهم الخلع ويعلمهم الشرايع الاسلامية فحكى جميع ما شاهد منذ خرج من بغداد الى ان عاد (٤) وكان انفصاله فى صفر سنة تسع وثلثماية فقال عند ذكر الباشغرد وقعنا فى بلاد قوم من الاتراك يقال لهم الباشغرد فحذرناهم اشد الحذر وذاك لانهم شر الاتراك واقدرهم واشدهم اقداما على القتل يلقى الرجل فيحرز (٥) هامته وياخذها ويتركه ويحلقون لحاهم وياكلون القمل يتتبع الواحد منهم درز (٦) قرطقه فيقرض القمل باسنانه ولقد كان معنا منهم رجل قد اسلم وكان يخدمنا فرايته يوما وقد اخذ قملة من ثوبه فقصها بظفره (٧) ثم لحسها (٨) وقال لما رانى جيد وكل واحد منهم قد نحت خشبة على قدر الاحليل ويعلقها عليه فاذا اراد سفرا او لقاء عدو (٩) قبلها وسجد لها وقال يا رب افعل بى كذا وكذا فقلت للترجمان سل (١٠) بعضهم ما حجتهم فى هذا ولم جعله ربه

فقال لانی خرجت من مثله فلست اعرف لنفسی موجدا غیره ومنهم من یزعم ان له اثنی عشر ربا للشتاء رب وللصیف رب وللمطر رب وللریح رب وللشجر رب وللناس رب وللدواب (١١) وللماء رب وللليل رب وللنهار رب وللموت رب وللحياة رب وللارض رب والرب الذی فی السماء اکبرهم الا انه یجتمع مع هولاء باتفاق ویرضی (١٢) کل واحد منهم ما یعمل شریکه . تعالی الله عما یقول (١٣) الظالمون علوا کبیرا . وقال ورأینا منهم طایفة تعبد الحیات وطایفة تعبد السمك وطایفة تعبد الکراکی فعرفونی انهم کانوا یحاربون قوما من اعدایهم فهزموهم وان الکراکی صاحت وراهم فانهزموا بعد ما هزموا فعبدوا الکراکی لذلك وقالوا هذه ربنا لانها هزمت اعداینا فعبدوها لذلك هذا ما حکاه عن هولاء واما انا فانی وجدت (١٤) بمدینة حلب طایفة کثیرة یقال (١٥) الباشغردیة شقر الشعور والوجوه (١٦) جدا یتفقهون علی مذهب ابی حنیفة فسالت رجلا منهم واستعقلته عن بلادهم وحالهم فقال اما بلادنا فمن وراء القسطنطینیة فی مملکة امة من الفرنج یقال لهم الهنکر (١٧) ونحن مسلمون رعیة لملکهم فی طرف بلاده نحو ثلثین قریة کل واحدة تکاد ان تکون بلیدة الا ان ملك (١٨) الهنکر لا یمکننا ان نعمل (١٩) علی شیء منها

سورا خوفا انّ نعصى (٢٠) عليه ونحن فى وسط بلاد النصرانية فشمالينا بلاد الصقالبة وقبليتنا بلاد الپاپا يعنى رومية والپاپا ريس الفرنج هو عندهم نايب المسيح كما هو امير المومنين عند المسلمين ينفذ (٢١) امره فيما يتعلق بالدين فى جيعهم وفى غربيتنا الاندلس وفى شرقينا بلاد الروم قسطنطينية واعمالها(٢٢) قال ولساننا لسان الفرنج وزينا زيهم ونخدم معهم فى الجندية ونغزوا معهم كل طايفة لانهم لا يقاتلون الا مخالفى الاسلام فسألت عن سبب اسلامهم مع كونهم فى وسط بلاد الكفر فقال سمعت جاعة من اسلافنا يتحدثون انه قدم الى بلادنا منذ دهر طويل سبعة نفر من المسلمين من بلاد بلغار وسكنوا بيننا وتلطفوا فى تعريفنا (٢٣) وما نحن عليه من الضلال (٢٤) وارشدونا الى الصواب من دين الاسلام فهدانا الله والحمد لله فاسلمنا جيعا وشرح صدرنا للايمان ونحن نقدم الى هذه البلاد ونتفقه فاذا رجعنا الى بلادنا اكرمنا اهلنا (٢٥) وولونا امور دينهم فسالته (٢٦) لم تحلقون لحاكم كما يفعل الفرنج قال يحلقها مننا المتجندون ويلبسون لبسة الفرنج اما غيرهم فلا قلت كم (٢٧) مسافة ما بيننا (٢٨) وبين بلادكم فقال من ههنا الى القسطنطينية نحو شهرين ونصف ومن القسطنطينية نحو شهرين ونصف الى بلادنا (٢٩) واما الاصطخرى قد ذكر فى

كتابه من باشجرد الى بلغار خمسة وعشرين مرحلة ومن باشجرد الى الجناك (30) صنف من الاتراك عشرة ايام

(1) Sic codex Oxoniensis recte. Male Petropolitanus محمد *Mu'hammed.*

(2) بن in P male excidit.

(3) Suspicabar olim هو post اسلم excidisse; quae conjectura licet deinde a cod. Ox. approbata sit, nolui tamen addere, quia commode etiam abesse potest. Sic e. c. in نخبة الدهر p. 53. inf. ملك ومن معه

(4) Sic pravam codicis P. lectionem اعاد corrigebam, approbante deinceps cod. O.

(5) فبجرز ex conjecturâ posui. In P. فيغرز prostat, cui فيغزر substituere dubitavi. O. nil opis tulit. (6) دروز ex O. addidi.

(7) P. بضفره vel بضفره, quod erat cum in بضرسه, aut بصفرها (pro مع صفرها) mutandum putarem. Ab Ox. opem postquam frustra exspectavi, nunc vidi بطنره legendum, idque tamquam unice verum in textum recepi.

(8) Sic ex conjecturâ scripsi pro ولحما

(9) Sic lectionem P. او القاء عدوا correxi, assentiente deinceps O.

(10) Ex cod. O. Male P. سال (11) O. وللدواب رب

(12) Sic bene O. In P. male وبرضاء, quod in وبرضا mutabam.

(13) Pro يقول الظالمون O. habet ويقولون

(14) Pro فانى ودية O. habet فجزت perperam.

(15) Quidni لها يقال addendum?

(16) O. الوجوه والشعور inverso ordine.

(17) Hoc dedi pro الهكز *el-Hkz*, facili correctione.

(18) Scripsi ملك pro الملك (19) O. يعمل male.

(20) Id. يعصى male. (21) Ita scripsi pro ينغل

(22) Haec inde a وفى غربيتنا *Ab occidente* — in O. desunt.

(23) Fieri potest, ut الشرايع vel المناسك vel simile quid exciderit — *capita fidei ritusve sacros.*

(24) Sic scripsi pro الطلال (25) O. اهلها

(26) O. فسالنهم (27) O. فكم

(28) Sic corrigebam P. مابين , assentiente deinceps cod. O.

(29) Pro نحو شهرين ونصف الى بلادنا O. non habet, nisi نحو ذلك

(30) Sic ac psi pro النعباك

Baschghurd — sunt etiam, qui Baschdschurd scribant, sunt denique, qui Baschkurd *) — *regio est, Constantinopolin inter et Bulghariam jacens.*

A Muktedir-billah (Chalifa) *missus erat Aḥmed ben* (s. filius) *Fofzlan ben el-Abbas ben Raschid ben Ḥammad, cliens primum Emiri Fidelium, deinde Muḥammedis ben Suleiman, ad regem Slavorum* **), *quem, cum populo suo doctrinam Muḥammedanam amplexum, tam chlamydibus honorariis impositis ornaret, quam praescripta formulasque Islamismi doceret. Iste* (Legatus) *quidquid Baghdado egressus mense Sefer anni trecentesimi noni eamque revertens in urbem coram spectaverat,* (scripto edito) *enarravit. In Baschghurdorum mentionem incidens, „Perlati sumus," inquit, „in terram populi alicujus Turcici, cui Baschghurd nomen est. Ab iis quam maxime nobis cavebamus; siquidem Turcorum pessimi, potentissimique et in caedibus edendis audacissimi sunt. Si quis eorum in aliquem* (hostem) *incidit, caput ejus amputat, idque, ipso* (corpore) *relicto, secum aufert. Barbam tondent, et pediculos comedunt; solent tunicae suae suturas diligentissime perscrutari captosque pediculos dentibus discerpere. Erat nobiscum eorum aliquis, qui, Muḥammedanus factus, nobis famulabatur. Eum vidi aliquando, pediculum, quem a veste suâ legerat, ungue premendo postquam confregisset, extremo ore comedere. Me conspecto exclamabat: o offam lautissimam!*

Unusquisque eorum sibi ex ligno excidit figuram ad modum veretri eamque. . . . . . . ***) *Iter ingressurus aut hosti obviam iturus, eam osculatur adoratque, dicens: o mi Domine*

*) Moneo, Arabica haec absque vocali posteriore scripta esse *Baschghrd, Baschdschrd, Baschkrd.*

**) Puta regem *Bulgharorum* ad Wolgam.

***) Verba ويعلقها عليه non satis assequor.

(deus), *tribue mihi hoc vel illud. Jubebam interpretem ex eorum aliquo quaerere, quaenam hujus rei ipsis ratio sit, et cur illud numinis loco colat? Ex simili huic, respondit, prodii, nec scio alium, praeter illud, qui me produxerit.*

Sunt inter eos, qui opinantur sibi duodecim *) *esse Dominos* (s. deos), *et quidem hiemi, aestati, pluviae, vento, arboribus, hominibus et jumentis, aquae, nocti, diei, morti, vitae, et terrae suum cuique deum praeesse; deum autem illum, qui in coelis habitet, omnium supremum esse, ita tamen, ut cum illis consilia conferat deque eorum sententiis agat, et unumquemque eorum probare, quod alter fecerit. O impietatem exsecrandam, quam Deus avertat!*

Vidimus etiam inter eos, quorum alii serpentes, alii pisces, alii grues divino prosequebantur cultu. Ad hos quidem quod attinet, mihi narrabant, se aliquando ab hoste quodam, quocum bellum gererent, in fugam datos esse, sed eum, postquam grues a tergo gruere audiissent, mox ipsum se in fugam dedisse. Gruibus igitur propterea, quod hostes suos fugâssent, ab ipsis divinum praestari honorem.“ Haec sunt, quae de hoc populo narrat (Ibn-Fofzlan).

Ego vero offendi in urbe Haleb magno numero genus hominum, qui Baschghurdi audiebant, crinibus et facie valde rubicundis erant, et scientiae juris sacri juxta ritum Abu-Hanifae operam dabant. Eorum aliquis, quem adieram, de ipsorum patriâ rebusque percontanti mihi, „Terra nostra,“ respondit, „ultra Constantinopolin jacet in regno alicujus nationis Francicae (s. Europaeae), *cui nomen* ***Hungerorum*** *est. Nos, Muhammedis sacra profitentes, eorum regi subditi in tractu regni ejus quodam triginta admodum incolimus pagos, quorum quisque etiamsi parum absit, quin oppidulum referat, rex tamen Hungerorum, metu, ne ipsius detrectemus imperium, ullum eorum muris saepiri vetat. In mediis Christianorum terris siti, a septentrione habemus terras Slavorum, a meridie terras Papae, i. e. Romam, — Papa autem caput Franco-*

*) At mox enumerantur tredecim, nisi hominum et jumentorum unus idemque esse censendus sit; quod quidem lectio P. quodammodo ferre videtur.

rum (s. Europaeorum) *est, et vicarius Messiae apud eos, quemadmodum Emirus Fidelium* (s. Chalifa) *apud Muhammedanos* *), *ejusque mandata in rebus sacris nemine repugnante ubique conficiuntur. — Ab occidente Andalus* (s. Hispania) *jacet; ab oriente denique terrae Rumaeorum* (Graecorum) *i. e. Constantinopolis suis cum ditionibus. Linguae cultusque et habitus par nobis ratio est cum Francis* (Europaeis). *Unà cum ipsis militamus et in expeditiones imus contra quemcunque signa ferant, siquidem non nisi cum alienis ab Islamismo bellum gerunt.*" *Sciscitanti mihi caussam, cur, licet in mediis infidelium terris constituti, Islamismum profiterentur,* „*Multos*", *respondit,* „*patrum nostrorum audivi narrantes, diu supra hanc memoriam septem Muhammedanos e Bulghariâ in terram nostram venisse, interque nos sede fixâ, amice blandeque agendo nos docuisse, nobis errores, quibus tenebamur, demonstrâsse, et ad veram Islamismi cognitionem nos duxisse. Sic nos* (addebat) *Deus direxit: sic divino beneficio omnes Muhammedi nomen dedimus: sic* (Deus) *pectora nostra ad veram fidem disposuit. Has autem petimus regiones, in scientiâ juris sacri studium posituri. Reduces in patriam omni honoris cultu a civibus nostris excepti, rerum sacrarum curae praeficimur*". *Interrogatus porro, cur barbam ad morem Francorum tondeant* „*Quotquot nostrûm*", *inquit,* „*castra sequuntur, barbam tondent et vestitu Francorum utuntur; reliqui non item*". *Denique percontanti mihi, quantum intervalli nos inter et ipsorum terram interjectum sit,* „*hinc* (scil. Halebo) *Constantinopolin*", *ait,* „*viam esse mensium admodum duorum cum dimidio, parique intervallo Constantinopolin ab ipsorum terrâ distare*".

Iftachrensis autem in libro suo tradit, a Baschdschurdis ad Bulgharos quidem patere viam stationum viginti quinque, ad Petschenägos autem, quae gens Turcica est, decem dierum.

*) Scil. vicarius Mu'hammedis, quid? et ipsius Dei est.

VETERES MEMORIAE
CHASARORUM
EX
IBN-FOSZLANO, IBN-HAUKALE
ET
SCHEMS-ED-DINO DAMASCENO.

ARABICE ET LATINE

CURA

C. M. FRAEHNII.

Chasarorum nomen in historiarum libris percelebratum. Populi hujus quondam potentissimi et florentissimi, mare Caspium inter et Pontum Euxinum adque utriusque septentrionalia late colentis, ut cum veteribus Persis et Arabibus Muhammedanis, ita cum Imperatoribus Graecis et Principibus Russicis varia vel bella gesta vel foedera inita, scientià historiae medii aevi tinctum esse eredo neminem, quem fugiant. Neque vero fieri potest, quin quisquis horum, quae modo diximus, regnorum historiam diligenter tractaverit, tanti nominis populum accuratius cognoscere gestiat. Hoc prae ceteris Russiae magnopere interesse debet, ad quam quippe illius res maxime attinent, quae, ex parte quondam Chasaris vectigalis, eorum deinde vires, sociis Graecorum armis adjuta, fregit, eos delevit, eorum agros occupavit, ditioni suae adjecit, cujus (ut paucis defungar) historiae antiquae arcte mixta Chasarorum historia est.

Nihilosecius quis neget, de hoc populo notabilissimo hodiedum non satis exploratum nobis esse, sive ejus originem et genus spectes, sive vitae cultum et instituta, reip. statum et conditionem, fata et fortunarum vicissitudines &c. Scilicet qui tantis opibus, tantà auctoritate, tantà rerum gestarum glorià aliquando florebat populus, dudum est, eum funditus interiit; et exstinctus sui memoriam nec in annalibus nec in monumentis superstitem reliquit. قد مح الدهر بعد العين بالاثر *Saeva fortuna non ipsos tantum, sed eorum etiam delevit vestigia.* Nomen ejus, erat quidem, quum in parte adhuc regni olim late patentis haereret; jam vero non nisi in maris, cui accolebant, Caspii appellatione Orientali superstes est.

Ex solis itaque aliorum populorum, quibuscum Chasaris vel amicitia vel inimicitiae intercedebant, annalibus haurire cogitur, hos qui cognoscere vult. Ita quidem spes deponenda est, futurum unquam, ut hujus populi historiam et rerum statum penitus perspiciamus. Sed quod totum perspicere non licet, id ex parte saltim quoad licet ut cognoscamus, fas est studere. Atque sane haud contemnenda sunt, quae, ad tenebras, in quibus diu res Chasarorum jacuere, discutiendas, e fontibus maxime Graecis, Russicis et Arabicis hucusque hausta, congesta et in medium prolata sunt. Hi autem fontes, tantum abest, ut toti jam sint exhausti, ut etiam lateant, qui, quam lucri laetam spem faciunt, non destituturi esse videntur. De scriptoribus *Arabicis* mihi quidem hic sermo est. Ex iis quae de Chasarorum regno hucusque edita sunt, quis est, qui non notatu dignissima censeat esse? Sed quis idem, pauca quae de iis apud **Edrisyi** epitomatorem prostant legens, non ipsum **Edrisyum** hoc super argumento audire optet! et quae ampliora **Ouseley** ex **Ibn-Haukale**, **Abicht** e **Mas'udyo**, non qualia ab ipsis his auctoribus profecta sunt, sed suam quisque in linguam conversa, quid? prior quidem ex interpretatione operis Haukalidici Persicà breviatà, alter non sine malae fidei suspicione, protulere, haec, quis est, qui non αυθεντικως enarrata legere mallet? Hi sunt, ex quibus hauriri coe-

ptum, sed quos neutiquam exhaustos esse dixi. Sunt alii, quos ad hunc usque diem aperuit nemo, nemo delibavit, qua nostram certe caussam. Quos inter nullus dubito nominare prae aliis Taberyum et Ibn-el-Asirum, historiarum Mŭhammedanarum scriptores, ut accuratissimos et copiosissimos, ita illustri laude celebratissimos, apud quos fieri non potest quin memorabilia multa de Arabum cum Chasaris bellis gestis relata occurrant. Quae cum ita sint, operae pretium facere mihi videor, si e fontibus Arabicis, mihi quidem patentibus, depromta, quae ad populi in Russiae etiam historià tam conspicui res paullo accuratius cognoscendas facere possunt, in medium conferam.

Inter thesauros Asiaticos, quos illustrissimi Ouwarowii curae atque studio acceptos refert Academia Imp. Scientiarum Petropolitana, servatur Jakuti معجم البلدان s. *Lexicon geographicum* magnum, historiae et geographiae fodina dici non potest quam locuples, sed (quod mireris) ad hunc usque diem parum lustrata et exercita. Ad hanc nos descendimus fodinam.

Sub voce *Chasar* Jakutus ad nostram memoriam transmisit, quae de hujus populi moribus et institutis prodidit qui ipse ei interfuit A'hmed filius (ibn) Fofzlani. Hic, legatus Muktediri Chalifae ad Bulgharorum regem usu sacrorum Mŭhammedanorum magis imbuendum anno H. 309. (= Chr. 921.) missus, quidquid sibi, in itinere per Choresmiam et Chasarorum terras in Bulghariam facto et in reditu Baghdadum, miri et notatu digni oblatum esset, in libellum memoriae caussà retulerat. Libellum hunc (رسالة) haud sane raro obvium suà quidem memorià fuisse Jakutus (qui a. p. Chr. 1228. diem supremum obiit) testatur; quamquam eum nancisci in ipso Oriente nunc frustra conati sunt, quibus investigandi curam mandaveram. Nec in bibliothecarum Europaearum catalogis, qui quidem typis expressi, apparet. Sed quum non omnium catalogi in vulgus editi sint, libellus etiam, alii fortasse assutus volumini, ob parvitatem facile effugisse queat notantium oculos, fieri potest, ut non

cognitus lateat in harum ipsarum bibliothecarum aliquâ. Libellus sane prae ceteris dignus, qui summo studio requiratur et repertus integer in lucem protrahatur. Auctor enim observatorem rerum, quae ipsi offerebantur, curiosissimum, attentissimum et fide dignissimum sese probavit, et quaecunque fere retulit, ad populos terrasque, de quibus altum silentium apud plerosque geographos Arabicos obtinet, spectant et gravissima maximique in primis pro historiâ Russicâ antiquâ momenti habenda sunt. Hujus itaque integri itinerarii, quo magis dolendum est, nobis denegatam esse copiam, eo magis est, quod nobis gratulemur, ejus fragmenta, et quidem capita potiora gravioraque, puta quae ad priscorum Russorum et praecipuorum aliquot, qui tunc in Russiâ florebant, populorum, ut Bulgharorum et Chasarorum, faciunt cognitionem, ab Jakuto, auctore diligentissimo, nobis servata et transmissa esse.

Quae ab Ibn-Fofzlano de veteribus Russis, Christianae doctrinae cognitione nondum imbutis, et Bulgharis Wolganis, sacris Muhammedanis initiatis, memoriae prodita sunt, ex eodem Jakuto depromta peculiaribus illustravi commentationibus. Hae quod nondum in vulgus sint emissae, ejus rei culpa in me sane non residet. Prior quidem de Russis ethnicis jam ante annum prelo typographi tradita est. Quare jam quae ad Chasaros pertinent, ab eodem auctore (paucis, ut videtur, exceptis) tradita, cum solâ fidâ interpretatione, omissis et in aliud tempus rejectis, quae textum explanent, animadversionibus, hic in medium proferenda duxi, certus, virorum doctorum interesse, textum hujus monumenti gravissimi potius, quam meas qualescunque in eundem animadversiones primo quoque tempore cognoscere.

Hunc autem textum ut quam maxime fieri poterat critice emendatum proferrem, rei dignitas mihi visa est poscere. Quod ut potuerim, duumvirorum praestantissimorum me juvit benevolentia. Codicis Jakuti Petropolitani ab imperiti et parum accurati scribae festinante calamo exarati conditio alienum auxilium me circumspicere

jubebat. Sed, proh dolor, duorum, qui praeter Petropolitanum in Europà, quod sciam, Oxoniae nempe et Hafniae, exstant, Lexici geographici Jakutiani magni codicum solum Oxoniensem in subsidium vocare licebat, si quidem Hafniensis, perquam mancus, ut permultis aliis litteris, ita et ipsâ خ *ch*, caret; id quod in hoc optimae notae codice vehementer dolendum est. Litteris igitur cel. Macbride, Professorem Oxoniensem, adii; atque eam se mihi probavit viri praestantissimi humanitas, ut, precibus meis loco relicto, et hoc de Chasaris et alia capita e Jakuto excerpta cum codice Bodleyano conferre non gravaretur. Pro quo officio singulari debitas viro doctissimo hic etiam publice agere gratias meum est.

At isthaec collatio, qnam in notis adjeci, quum citra spem et exspectationem ad textum emendandum parum me juverit — id quod a mirà Codd. Petrop. et Oxon. convenientià profectum sit oportet —, commode cecidit, ut cel. Hamaker, LL. OO. in Univers. Lugduno-Batavâ Prof. et legati Warneriani Interpres, pro eâ, quà est humanitate singulari, id mihi petenti tribueret, ut, unà cum pluribus aliis locis notabilissimis e MSS. Lugdun. excerptis, ex Ibn-Haukalis codice Arabico potiora, quae de Chasaris agunt, mecum communicaret. Haec quum ad dimidias fere cum Ibn-Fofzlanianis mirandum in modum conveniant, Ibn-'Haukal tertii quasi codicis locum hic supplevit. Lectiones ejus variantes ut suo quamque loco in notis diligenter annotavi, ita ea, in quibus ab Ibn-Fofzlano dissidet Haukalides, vel quae prorsus ab illo non tacta hic refert, tantum abest, ut suppresserim, ut potius, quippe notatu non minus digna, et ipsis in notis, sed majoris formae typis distincta, addere visum sit. Sic factum est, ut haec scriptiuncula nostra Ibn-Fofzlanum et Ibn-Haukalem (qui et ipse X. p. C. n. saeculo floruit) junctos exhibeat de Chasaris narrantes.

Quae apud cel. Ouseley in libro, quem inscripsit: *The Oriental Geography of Ebn Haukal translated* &c. de

Chasaris leguntur versa, ut reliqua, e textu Persico, ea equidem non adduxi, nisi ubi a textu Arabico abhorrent. Hujus autem dissensionis, quae nonnunquam haud sane levis momenti est, caussa plerumque non a doctissimo interprete Anglo, sed ab ipso Persâ repetenda esse videtur. Accidit enim, ut ejusmodi diversitates, quae apud Ouseley offeruntur, eadem et apud Hadschi-Chalfam in *Dschihan-numa* deprehendantur, ita ut Turcam quoque non nisi epitome Persicâ usum esse probabile sit.

Denique ut ne quid eorum, quae mihi ad manum sunt et ad argumentum nostrum faciunt, omitterem, in ipsis etiam notis, majoris quidem formae typis distincta, ubi ab Ibn-Fofzlanianis dissident, subjungere visum est, quae Schems-ed-din Mu'hammed Dimeschky in نخبة الدهر فى عجايب البر والبحر (cujus cosmographiae utilissimae editionem e cod. Petropolitano, etiam diu est, cum curare coepi) de Chasaris tradidit, pleraque ex Ibn-el-Asiro († a. 1233.) illo supra laudato hausta nec levia illa vel spernenda.

Quam vellem, mihi copia fuisset etiam Mas'udyi, capitalis hac in causâ auctoris! Eum igitur adeat, cui licet, et cum Ibn-Fofzlano atque Ibn-Haukale, a quibus passim dissentit, accurate comparet, imo integrum illud *Pratorum aureorum* caput gravissimum, quod inscribitur: ذكر جبل الفتح واخبار الامم من اللان والخزر وانواع من الترك والبلغر واخبار باب الابواب ومن حولهم من الملوك والامم cujus versionem Germanicam a cl. Abicht profectàm et a cl. Klaproth editam malae fidei suspicione premi diximus, cum orbe litterato communicet, quo facto singularem gratiam inibit a civibus nostris cordatis et intelligentibus.

Haec pauca sunt, quae haud ab re duxi, hoc quidem loco monere.

IBN - FOSZLAN

DE

CHASARIS.

EX JAKUTI LEXICO GEOGRAPHICO MAJORE.

قال احمد بن فضلان رسول المقتدر الى الصقالبة فى رسالة
له ذكر فيها ما شاهده بتلك البلاد فقال الخزر اسم اقليم
قصبته (2) تسمى (3) اتل واتل اسم النهر يجرى الى الخزر من
الروس وبلغار واتل مدينة والخزر (4) اسم المملكة لا اسم مدينة
ولا جبل قطعتان (5) على غربى هذا النهر المسمى اتل وهى
اكبرها وقطعة على شرقيه والملك يسكن الغربى منها ويسمى
الملك بلسانهم يلك ويسمى ايضا باك وهذه القطعة الغربية
مقدارها فى الطول (7) فرسخ ويحيط بها سور الا انه مفترش
البناء (8) وابنيتهم خركامات لبود (9) الا شى يسير بنى (10)
من طين ولهم اسواق وحمامات وفيها خلق كثير من المسلمين
يقال انهم يزيدون على عشرة الاف (12) مسلم ولهم ثلاثين (13)
مسجدا (14) وقصر الملك (15) بعيد من شط النهر (16)
وقصره من اجر وليس لاحد بناء من اجر غيره (17) ولا

يمكن الملك ان يبنى بالاجر غيره (18) ولهذا السور (19) اربعة
ابواب (20) احدها (21) يلى النهر واخرها يلى (22) الصحراء
وعلى (23) ظهر هذه المدينة وملكهم يهودى ويقال ان له من
الحاشية (25) اربعة الاف رجل والخزر مسلمون ونصارى وفيهم
عبدة الاوثان واقل الفرق هناك (27) اليهود على ان الملك
منهم (28) واكثرهم مسلمون والنصارى (29) الا ان الملك
وخاصته (30) يهود والغالب على اخلاقهم (32) اخلاق اهل
الاوثان يسجد (33) بعضهم لبعض عند التعظيم (34) واحكام مصرهم
على رسوم مخالفة للمسلمين (35) واليهود والنصارى وجريدة
جيش الملك (36) اثنا عشر الف (37) رجل (38) فاذا (39) مات
منهم رجل اقيم غيره (40) مقامه فلا ينتقص هذه العدة ابدا (41)
وليس لهم جراية دارة (42) الا (43) شى يسير يصل اليهم فى
المدة البعيدة (44) اذا كان لهم حرب (45) اوحزبهم (46) امر
عظيم يجتمعون (47) له واما ابواب اموال صلاة (48) الخزر فمن (49)
الارصاد وعشور التجارات (50) على رسوم لهم من كل
طريق وبحر ونهر (51) وله (52) وظايف (53) على اهل المحال
والنواحى من كل صنف مما يحتاج اليه من طعام وشراب وغير

ذلك وللملك (٥٤) تسعة (٥٥) من الحكام من اليهود والنصارى
والمسلمين (٥٦) واهل الاوثان اذا (٥٧) عرض للناس حكومة
قضى فيها هولاء ولا يصل اهل الحوايج الى الملك نفسه (٥٨)
وانما يصل اليه (٥٩) هولاء الحكام وبين هولاء الحكام وبين الملك
يوم القضاء (٦٠) سفير يراسلونه فيما يجرى من الامور (٦١)
ينهون اليه (٦٢) ويرد عليهم امره ويمضونه (٦٣) وليس لهذه
المدينة قرى الا ان (٦٦) مزارعهم مفترشة يخرجون فى الصيف (٦٧)
الى المزارع من عشرين فرسخا فيزرعون ويجمعونه اذا
ادرك بعضه الى النهر وبعضه الى الصحارى فيحملونها على
العجل والنهر (٦٨) (٦٩) والغالب (٧٠) على قوتهم الرز (٧١)
والسمك وما عدا ذلك ما يوجد عندهم يحمل اليهم من
الروس وبلغار وكرثابة (٧٢) والنصف الشرقى من مدينة الخزر
فيه معظم التجار والمسلمون والمتاجر (٧٣) ولسان الخزر (٧٤)
غير لسان الترك والفارسية (٧٥) ولا يشاركه لسان فريق من
الامم (٧٧) والخزر لا يشبهون (٧٨) الاتراك وهم سود الشعور وهم
صنفان صنف يسمون قرا خزر وهم سمر يضربون لشدة
السمرة (٧٩) الى السواد كانهم صنف من الهند وصنف بيض

ظاهرين (٨٠) الجمال والحسن والذى يقع من (٨١) رقيق الخزر
وهم (٨٢) اهل الاوثان الذين يستجيزون بيع اولادهم واسترقاق
بعضهم لبعضهم (٨٣) فاما اليهود منهم والنصارى فانهم (٨٥)
يدينون (٨٦) تحريم استرقاق بعضهم بعضا (٨٧) مثل المسلمين
وبلد الخزر لا يجلب منه الى البلاد شى وكلما يرتفع منه انما
هو مجلوب اليه مثل الدقيق (٨٨) والعسل والشمع والخز والاوبار
واما ملك الخزر اسمه خاقان فانه لا يظهر الا فى كل اربعة
اشهر متنزها ويقال له (٩١) خاقان الكبير ويقال لخليفته خاقان
بهْ وهو الذى يقود الجيش ويسوسها ويدبر امر المملكة ويقوم
بها ويظهر ويغزو وله تذعن الملوك الذين يصاقبونه (٩٣)
ويدخل فى كل يوم الى خاقان الاكبر متواضعا يظهر الاخباة (٩٤)
والسكينة ولا يدخل عليه الا حافيا بيده حطب فاذا سلم
عليه اوقد بين يديه ذلك الحطب فاذا فرغ (٩٥) من الوقود
جلس (٩٧) مع الملك على سريره عن يمينه ويخلفه رجل يقال
له كندر خاقان ويخلفه (٩٨) هذا ايضا رجل يقال له جاوشيغر
ورسم الملك الاعظم الاكبر ان لا يجلس للناس ولا يكلمهم (١٠١)
ولا يدخل عليه احد غير من ذكرنا والولايات فى الحل

والعقد والعقوبات وتدبير المملكة على خليفته خاقان به
ورسم الملك الاكبر اذا مات يبنى له دار كبيرة فيها عشرون
بيتا ويحفر له فى كل بيت منها قبر وتكسر الحجارة حتى تصير
مثل الكحل وتفرش فيه وتطرح النورة فوق ذلك وتحت
الدار والنهر (104) نهر كبير يجرى ويجعلون القبر فوق النهر يقولون
حتى لا يصل له شيطان ولا انسان ولا دود ولا هوام واذا دفن
ضربت اعناق الذين يدفنونه حتى لا يدرى اين قبره من تلك
البيوت ويسمى قبره الجنة ويقولون قد دخل الجنة وتفرش البيوت
كلها بالديباج المنسوج بالذهب ورسم ملك الخزر ان (107) يكون
له خمسة وعشرون امراة كل امراة منهن بنت ملك من الملوك
الذين يحاذونه (108) وياخذها طوعا او كرها وله من
الجوارى (109) السرارى لفراشه ستون ما منهن الا فايقة الجمال
وكل واحدة من الجوارى السرارى (110) فى قصر منفرد لها
قبة مغشاة بالساج وحول كل قبة مضرب (111) ولكل واحدة (112)
منهن خادم يحجبها فاذا اراد ان يطا بعضهن بعث الى الخادم
الذى يحجبها فيوافى بها فى (114) اسرع من لمح البصر حتى
يجعلونها فى فراشه ويقف الخادم على باب قبة الملك فاذا

وطاما [115] اخذ بيدها وانصرف ولم يتركها بعد ذلك لحظة واحدة واذا ركب هذا الملك الكبير ركب ساير الجيوش لركوبه ويكون بينه وبين المواكب ميل فلا يراه احد من رعيته الا خر لوجهه [116] ساجدا له ولا يرفع راسه حتى يجوزه [117] ومدة ملكهم اربعين [118] سنة اذا جاوزها يوم واحد قتلته الرعية وخاصته وقالوا هذا قد نقص عقله واضطرب رايه واذا بعث سرية لم تول الدبر بوجه ولا سبب فان انهزمت قتل كل من ينصرف اليه منها فاما القواد وخليفته فمتى انهزموا احضرهم واحضر نسايهم واولادهم فوهبهم [120] لغيرهم وهم ينظرون وكذلك دوابهم ومتاعهم وسلاحهم ودورهم وربما قطع كل واحد منهم قطعتين وصلبهم [121] وربما [122] علقهم باعناقهم فى الشجر وربما جعلهم اذا احسن اليهم ساسة وللملك الخزر مدينة عظيمة على نهر اتل وهى جانبان فى احد الجانبين المسلمون وفى الجانب الاخر الملك واصحابه وعلى المسلمين رجل من اصحاب [123] الملك يقال له خزمة [124] وهو مسلم واحكام المسلمين المقيمين فى بلد [125] الخزر والمختلفون اليهم فى التجارات مردودة الى ذلك الغلام المسلم لا ينظر فى امورهم

ولا يقضى بينهم غيره وللمسلمين فى هذه المدينة مسجد جامع يصلون فيه الصلوة ويحضرونه فى ايام الجمعات وفيه منارة عالية وعدة موذنين فلما اتصل الملك (126) فى سنة عشرة وثلثماية ان المسلمين هدموا الكنيسة التى كانت فى دار (127) البابونج امر بالمنارة فهدمت وقتل الموذنين وقال لولا انى اخاف ان لا يبقا فى بلاد الاسلام كنيسة الا هدمت المسجد والخزر وملكهم كلهم يهود وكان الصقالبة وكل من يجاورهم فى طاعته بالعبودية ويدينون له بالطاعة وقد ذهب بعضهم ان ياجوج وماجوج هم الخزر

Ahmed filius Fofzlani, Muktediri (Chalifae Abbasidici) *ad Slavos* (1) *Legatus, in libello quodam, in quo, quidquid praesens ipse illis in oris vidit, enarravit, Chasar, inquit, nomen alicujus terrae est, cujus metropolis Itil vocatur. Itil audit etiam fluvius a Russiâ et Bulghariâ ad Chasariam fluens. Itil urbs est, Chasar autem nomen regni, non urbis* (4). (Itil urbis) *duae partes sunt, una* (5) *eaque amplior ad ripam occidentalem hujus fluvii Itil dicti sita, pars autem altera ad ejusdem latus orientale jacet. Rex in parte occidentali sedet. Is ipsorum linguâ Ilek, nec non Bak* (6) *vocatur. Haec pars occidentalis in parasangae* (7) *longitudinem extenditur, muro cincta, sed eo quidem sparsae raraeve structurae* (8). *Eorum autem aedificia sunt casae* (seu mapalia) *ex panno coactili confectae* (9), *paucis exceptis, quae e luto constructa. Sunt iis fora et balnea. Multi ibi* (11) *inveniuntur Muhammedani, quin decem millia amplius eorum adesse dicuntur, quibus triginta* (13)

templa. Regis palatium a fluvii ripâ (16) *remotum, e lateribus coctis constructum est, nec praeter eum alius aliquis domo e lateribus aedificatâ gaudet, rege id nemini permittente. Illi muro quatuor portae sunt, quarum una in fluvium, alia in desertum fert* (22) *super* (23) *agros hujus urbis.*

Rex eorum Judaeus est, cui comites (24) *quatuor* (25) *mille adhaerere dicunt. Chasari autem* (ipsi) *Muhammedani et Christiani sunt. Etiam idololatrae inter eos reperiuntur* (26). *Qui paucissimi numero ibi* (27) *exstant, Judaei sunt, licet ex eorum numero ipse Rex sit* (28). *Plurimi sunt Muhammedani & Christiani* (29); *attamen Rex ejusque purpurati Judaicae religioni adhaerent* (31). *Idololatrarum mores id potissimum ferunt* (32), *ut alter alteri reverentiam testaturus* (34) *sese prosternat, et statutis sacris utantur juxta consuetudines* (veteres) *diversas a* (religione) *Muhammedanorum, Judaeorum & Christianorum* (36). *Agmen expeditum Regis duodecim millibus militum* (38) *constat, quorum simulac quis mortuus fuerit, alter* (40) *in ejus locum sufficitur; nec iste unquam imminuitur numerus* (41). *His nec largum nec frequens* (42) *stipendium est; quin perquam modicum accipiunt, idque longis intervallis* (44), *quando vel bellum iis gerendum est* (45), *vel gravis aliqua calamitas accidit, cujus caussâ congregentur.*

Quod autem attinet ad portas divitiarum (s. vias modosque redituum publicorum augendorum) *regni* (48) *Chasarorum, sunt illae vel portoria* (s. vectigalia pro transitu) *vel decumae mercium* (50), *quae, juxta ipsorum instituta, omni viâ publicâ marique et fluvio* (51) *exiguntur. Coguntur etiam* (52) *census fundorum* (53) *ab incolis vicorum et districtuum, ex omni cibi potusque genere et aliis rebus, quantum opus est.*

Regi ad manus sunt novem (55) *judices* (electi) *ex Judaeis, Christianis, Muhammedanis et Idololatris. Si* (57) *quis cum altero*

judicio contendit, hi ejus caussam judicant. Ipsum Regem adeundi copia iis, qui aliquid petunt, non est; ad eum (59) *enim non admittuntur, nisi isti judices. Hos autem inter et Regem die judicii internuncius commeat, qui huic de rebus, quae aguntur, illis autem ejus jussum, quod exsequantur, referat* (64).

Huic urbi (Itil) *non sunt pagi* (65); *sed civium arva sparsa jacent in viginti parasangarum spatium, ad quae aestate exeunt, conserunt, frugesque, ubi ad maturitatem pervenerunt, collectas, partim ad fluvium, partim ad deserta, vel plaustris vel navibus* (68) *advehunt* (69). *Potior alimentorum pars iis est oryza atque pisces. Praeterea quidquid apud ipsos invenitur, ad eos apportari solet e Russiâ, Bulghariâ et Kûjabâ* (72). *In parte orientali urbis* (primariae) *Chasarorum maxima pars mercatorum, Muhammedani atque mercimonia sunt* (73).

Lingua Chasarorum (74) *a Turcicâ et Persicâ differt* (75), *nec ullius populi lingua aliquid commune cum eâ habet.*

Chasari Turcis similes non sunt (78). *Nigrum capillum habent. Duplex eorum genus exstat. Alteri nomen est* ***Kara Chasar*** (i. e. Chasari nigri); *hi fusco colore sunt, sed propter fusci* (79) *intensionem ad nigredinem vergente, ita ut species Indorum esse videantur. Genus alterum albo colore est atque pulchritudine et formâ insigne. Quidquid mancipiorum apud Chasaros deprehenditur, ex Idololatris est; ut qui licitum censent, liberos suos vendere atque unum alterum in mancipatum rapere* (84). *Quod ad Judaeos et Christianos, qui ibi terrarum sunt, ii esse contra religionem censent, alterum ab altero in mancipatum rapi, quod idem et Muhammedani statuunt.*

E Chasarorum terrâ alias in regiones nihil exportatur; sed quidquid ex eâ devehitur, id ipsum in eam importatum erat, veluti farina (88), *mel, cera, lutrinae* (89) *aliaeque pelles* (90).

Quod attinet ad Regem Chasarorum, cui nomen Chakan *est, is sese conspiciendum non praebet, nisi quarto quoque mense, ad loca amoena animi caussâ egrediens. Praedicatur* ([91]) Chakan magnus, *ejus autem vicarius* ([92]) Chakan bh (?). *Hic est, qui exercitus ducit regitque, rempublicam administrat et curat, in publicum prodit et bellicas obit expeditiones; eique obsequium praestant reges finitimi. Singulis diebus Chakanum supremum adit vultu in modestiam composito, prae se ferens verecundiam* ([94]) *et gravitatem. Nec eum adit, nisi nudis pedibus, lignum manu tenens, quod, salute dictâ, coram eo accendit. Quo facto cum rege, et quidem a dextrâ, in ipsius solio* ([96]) *considit. Post eum venit homo, qui* Kender Chakan *dicitur, post hunc* ([98]) *autem quidam, qui* Tschaūschiar ([99]) *vocatur. Moris est Regi maximo et supremo* ([100]), *ut neminem ad colloquium admittat* ([101]). *Non ad eum admittitur, nisi quem antea diximus. Summae rerum* ([102]) *autem, poenis a sontibus expetendis et reip. administrannae vicarius ejus,* Chakan bh, *praeest* ([103]).

A majoribus institutum est, ut Regi supremo mortuo magnum exstruatur palatium in viginti divisum conclavia, inque singulis sepulchrum fodiatur, cujus solum lapidibus, diffractis ita ut stibium in pulverem solutum referant, insternunt, desuper autem calce vivâ tegunt. Sub palatio ([104]) *magnus fluit fluvius, cui sepulchrum imponunt, dicentes, id fieri, ne ad id* ([105]) *vel Satanas accedat vel homo vel vermis vel aliud quid reptile. Sepulto Rege, colla eorum, qui eum composuere, amputantur, ne quis sciat, in quonam illorum conclavium ejus sepulchrum sit. Tale ejus sepulchrum paradisus nominatur, ipseque paradisum ingressus praedicatur. Omnia autem conclavia pannis Attalicis auro intextis sternuntur* ([106]).

Mos Regis Chasarorum fert, ut ipsi viginti quinque foeminae sint, singulae ab aliquo regum, ipsi confinium ([108]), *pro-*

gnatae, quas sive volentes sive nolentes ad se receperit. Praesto etiam ei sunt puellae concubinae sexaginta, singulae pulchritudine praecellentes. Harum quidem unaquaeque in palatio peculiari habitat, in Kubbâ (s. cubiculo concamerato) *ligno platani Indicae tectâ. Circa quamvis* Kubbam *tentorium positum.* ([111]). *Singulis hisce puellis eunuchus* (chadim) *adest, qui eas obtento velo custodiat* ([113]). *Jam* (Rex) *si cum earum aliquâ rem habere gestit, ad eunuchum, ejus custodem, mittit, a quo oculi nictu ocius adductam in regis lecto ponunt. Eunuchus autem in statione ante portam conclavis* (kubbae) *regii manet; qui puellam,* (a Rege) *missam factam, manu prehensam domum reducit nec deinceps vel oculi nictu deserit.*

Hic Rex supremus quando in publicum equo vehitur, totus simul exercitus eum pompâ publicâ comitaturus exit, ita tamen, ut Regem inter et hosce equites milliarii intercedat intervallum; nec ejus subditorum ullus eum videt, quin pronus procidat submisse eum venerans, nec caput tollat prius, quam transierit ille ([117]).

Ad imperium Regi eorum anni quadraginta destinantur. Hunc terminum si vel uno die excesserit, cives purpuratique eum interficiunt, ejus mentem jam imminutam et prudentiam labefactatam caussantes ([119]).

Cohors ab eo in expeditionem emissa nullo pacto terga vertit; nam si fugam capessiverit, capitis poenâ plectitur quisquis militum ad ipsum rediit. Duces bellicos autem atque ipsius Vicarium, si in fugam se dederint, arcessit unâ cum ipsorum foeminis liberisque, quos, coram ipsis, aliis dono dat, simulque eorum jumenta, supellectilem, arma et domos. Nonnunquam fit, ut singulos medios dissecet et dissectos (in crucem) *suspendat. Subinde collo eos de arboribus suspendit. Est tamen, ubi, bene iis cupiens, eos* (sibi) *equisones constituat.*

Regi Chasarorum urbs magna est, ad Itil fluvium sita, ab utroque latere; in uno Muhammedani colunt, in altero Rex ejusque comites. Muhammedanis aliquis de comitatu ([123]) *Regis praeest, qui* ***Chismeh*** ([124]) *dicitur et doctrinam Muhammedanam sequitur. Muhammedanorum, tum qui sedem in urbe Chasarorum habent, tum qui ad eos mercaturae gratiâ commeant, caussae judicandae ad hunc satellitem Muhammedanum deferuntur, nullo praeter eum ipsorum caussas vel inspiciente vel judicante. Muhammedanis hac in urbe templum cathedrale est, in quo solemni precatione publicâ funguntur, ideoque id singulis diebus Veneris adeunt. Gaudet turri altâ multisque praeconibus sacris.*

Anno trecentesimo decimo (= 922 p. C.) *Rex, accepto nuncio Muhammedanos eccelesiam* (Christianam), *quae in terrâ* ([127]) ***Babundsch*** *(?) erat, diruisse, turrim* (templi Muhammedani) *destrui praeconesque sacros morte affici jussit, addens: nisi timerem, ut in Muhammedanorum terris ulla superstes relinqueretur ecclesia, ipsum hoc templum etiam destruerem.*

Chasari omnes eorumque Rex Judaei sunt. — Slavi et quicunque iis conterminant, sub ejus imperio serviliter sunt eique obedienter parent. — Fuerunt, qui Jadschudsch & Madschudsch (s. Jog & Magog) *esse ipsos Chasaros existimarent.*

NOTAE.

(1) Imo vero ad regem Bulgharorum Wolganorum; vide me in libro: *Ibn-Foszlan's u. anderer Araber Berichte über die Russen älterer Zeit.*

(2) Sic Cod. Oxoniensis. Quae in Cod. Petropolitano prostant اسم اقليم من قصبة corrupta sunt, nata puto ex اسم اقليم من الاقاليم قصبته

(3) Pro تسمى Cod. Petr. et hic et aliis locis exhibet تسماه perperam.

(³) و ante الخزر e Cod. Ox. recepi. Antea integrum والخزر excidisse putaveram.

(⁴) Textum hic corruptum esse patet, licet Cod. Ox. cum Petr. conveniat. ولا جبل *nec montis* (scil. nomen est,) quid sibi velit, non video. Facilis quidem conjectura suppeditat ولا جيل; sed id quominus admittas, obstat inter alia, quod nomen *Chasar* omnino ipsi populo competit. Suspicor in hoc ولا جبل latere ولاتل vel potius ولمدينةاتل *urbi Itil*, et post قطعنان (quod pro قطعان substitui) excidisse قطعة, idque in versione expressi. Cui meae conjecturae fidem facere videtur, tum Codex Arabicus Ibn-'Haukalis, qui, annotante cel Hamaker, „urbem Atil in *duas* partes amne secari" refert, tum versio Ouaeleyana, quae habet: *One half of this river belongs to the western side, the other to the eastern;* nam hunc versionis Anglicae locum, utut ill. S. de Sacy (in *Magas. Encycl.*) explicare conatus sit, perperam habere, et pro *one half of this river* (Itil) substituendum esse *one half of this city* (Itil), mihi non est dubium. Adde, quod ipse auctor noster posthac non nisi de *duabus* urbis partibus loquitur. Absque iis foret, verterem textum (ولاتل) قطعنان على الخ *Itil urbis duae partes sunt, eaeque ampliores, ad ripam occid. fluvii sitae, pars autem* (tertia) *ad ejusdem latus orient. jacet.* Quae interpretatio habere videtur, quo se tueatur, Mas'udyum aliosque, et ipsos de *tribus* partibus urbis mentionem facientes.

(⁵) In hoc nomine vide annon lateat بك *Bek*, notus ille titulus Tataro-Turcis solemnis et apud Chasaros olim vigens. Facile sane باك ex بك oriri poterat. Pro باك *Bak* Versio Angl. Ibn-Haukalis (p. 185.) habet بال *Bal*, quod nisi forte ex ipso nostro باك corruptum sit, haud scio an pro synonymo τ8 بعل *Ba'al* habere liceat. Quid porro? si بلك *Ilek* (etiam apud Kaswinyum obvium) et باك *Bak* unum idemque nomen fuerit, quorum unum ex altero quam facile oriri potuerit, in oculos incurrit? Cel. Ouseley vertentem „*he is stiled King*" pro بلك *Ilek* ملك *Melik* legisse puto.

(⁷) Cod Ox. نحو ante فرسخ inserit, ut sit: *in parasangae fere longitudinem.* Ibn-'Haukal, juxta Hamakerum, *ambarum* urbis partium longitudinem esse parasangae, easque muro cingi, ait.

(⁸) Haec ad murum referri jubet textus, quamquam ad moenia potius seu ad urbis domos retulerim, motus etiam Ibn-'Haukalis Codice Arabico, in quo غير انها مفترسة البناء; nam pro مفترسة legendum esse مفترشة mihi dubium non est.

(⁹) Ibn-'Haukal:

وابنيتهم كالخركامات من خشب وخركامات لبود

Aedificia eorum sunt ad instar casarum vel ex ligno vel e panno coactili confectarum.

(10) In Cod. P. pro بنى non est nisi ى, quod aut delendum aut in هو mutandum censueram. Cod. O. in eo بنى latere docuit, idque in textum recepi. Ibn 'Haukal: الا شيا يسيرا من طين

(11) Contextus quidem suadere videtur, ut ad partem urbis occidentalem referas; sed posthac offerentur, quae orientalem Mu'hammedanorum sedem designant, ita ut auctor hoc loco universe loquutus existimandus sit.

(12) Male P. الآن.

(13) O. et Ibn-'H. نحو *circiter*, s. *admodum* praemittunt.

(14) Sic Ibn-'H. recte. Male autem P. & O. مسجد

(15) Ibn-'H. ملكهم

(16) Id. من اتل اريد النهر *ab Itilo, scilicet fluvio.*

(17) Ibn-'H. دونه quod perinde est.

(18) Idem: ولا يسوغ الملك ذلك لغيره eodem sensu.

(19) Id. ولسور البلد

(20) Id. ابواب اربعة inverso ordine.

(21) Id. منها ما quod eodem redit.

(22) Id. ومنها الى ما يلى ubi aut الى ejiciendum, aut post id aliquid excidisse statuendum, coll. Vers. Angl. in quâ: „*and the other looks towards Iran, in the direction of the desert.*"

(23) Pro وعلى Codicis Petr. Ibn-'H. على habet.

(24) Seu Purpurati.

(25) Ibn-'H. ante اربعة hic quoque نحو *admodum* inserit.

(26) *Rex eorum — reperiuntur.* Haec ita audiunt apud Ouseley: *The king of this country is a Jew; he has in his train four thousand Mussulmans, and Khozrians* (Christians) *and Idolaters; but his principal people are Jews.*

(27) هناك non adest apud Ibn-'H.

(28) Id. haec على أن الملك منهم omisit, quod utique ob proxime sequentia licebat.

(29) Ibn-'H. والنصارى *et Christiani* omisit.

(30) Id. وفاصتهم male.

(31) Hoc loco adjicere expediet, quae hoc super argumento apud Schems-ed-dinum Dimeschkyum leguntur notatu dignissima:

وهم طايفتان جند وهم المسلمون ويهود وهم الرعية وكانوا
من قبل لا يعرفون ملة كالترك وانما طرايقهم كما حكاه ابن
الايير (الاثير .l) عنهم ان صاحب قسطنطينية فى ايام هرون
الرشيد اجلا من كان فى مملكته من اليهود فقصدوا بلد الخزر
ووجدوا قوما عقلا ساذجين فعرضوا عليهم دينهم فوجدوه
اصلح مما هم عليه فانقادوا اليه واقاموا زمانا ثم غزاهم
جيش من خراسان فتغلب على بلادهم وملكها فصاروا رعيته
وحكى ابن الاثير ايضا انهم اسلموا سنة اربعة (اربع .l)
وخمسين ومايتين وذكر فى سبب اسلامهم ان الترك غزوهم
فطلبوا من اهل خوارزم نصرتهم عليهم فقالوا لهم انتم
كفار فان اسلمتم نصرناكم فاسلموا الا ملكهم فنصرهم اهل
خوارزم وازالوا الترك عنهم ثم اسلم ملكهم بعد ذلك

Chasari duobus ordinibus (s. nationibus, partibus) *constant, militibus scilicet, qui Muhammedani, et civibus, qui Judaei sunt. Olim nullam profitebantur religionem, ad instar Turcorum; nec nisi instituta a majoribus ipsorum tradita sequebantur* (?). *Refert* Ibn-el-Asir, *Imperatorem Constantinopolis, regnante Harun-Raschido,*

(exeunte saeculo VIII. p. C. n.) *expulisse quidquid Judaeorum in ipsius regno erat. Hi quum in Chasarorum terram sese recepissent populumque experti essent socordem et simplicem, suam eis obtulere religionem; quam illi suis institutis sacris potiorem quum cognovissent, eam amplexi aliquamdiu servabant. Deinceps autem Chorasani Chasaros adorsi, terrâ eorum potiti sunt eamque imperio tenuerunt, ita ut hi illis subditi essent.* ' *Idem* Ibn-el-Asir *memoriae prodidit, eos anno ducentesimo quinquagesimo quarto* (= a. 868. p. C.) *doctrinam Muhammedanam amplexos esse; cujus caussa haec exstiterit. Contra Turcos ipsorum terras adorsos opem implorabant Choresmiensium. Sed hi detrectare cum falsorum numinum cultoribus rem habere; nec auxilium promittere, nisi si ad Islamismum accesissent. Accedebant igitur, excepto Rege, omnes. Quo facto Choresmienses suppetias profecti Turcos ex eorum terrâ ejiciebant. Postea et ipse Rex Muhammedi nomen dedit.*

(32) اغلاقهم quod textus noster fert, apud Ibn-'H. deest, recte, ut puto. Nec veri. Sin retinendum, اعنى vel اريد vel simile quid ante اغلاق mente supplendum esse existimaverim.

(33) Ibn-'H. يسجدون quod eodem redit.

(34) Id. عند التقايهم *sibi invicem obviam facti, in occursu.*

(35) Ibn-'Haukal: واحكامهم يمونها (l. يمضونها) على رسوم قديمة تخالف دين المسلمين quam lectionem in versione exprimere placuit, quum textus noster hic minus recte ab initio quidem habere videatur.

(36) Ibn-'H. وللملك من الجيش

(37) Id. الفا male.

(38) Id. مثبتين مراتبين *milites perpetui rite ordinati* (stehende regulirte Truppen); sed pro مراتبين potius مرتبين legendum.

(39) Ibn-'H. اذا bene.

(40) غيره ex Ibn-'Haukale inserui.

(41) Hoc comma apud Ibn-'Haukal deest. Apud Ousel. ejus loco leguntur haec: *and they have no other commander but him.*

(42) P. et O. male دايرة. Sed quod in textum recepi ex Ibn-'H. دارة unice verum est. Addit idem: ولا ارزاق معلومة *neque certa demensa.*

(43) Pro الا Ibn-'H. بل habet.

(44) Ibn-'H. الطويلة quod perinde est. Addit idem in gratiam parallelismi membrorum: والاوقات المتراخية *et temporibus dissitis.*

(45) Ibn-'H. اذ كان عليهم خوف

(46) Sic correxi codicis P. هريهم Erat, ubi hoc in حل بهم mutandum existimarem. Neque tamen, utut bene sic dixeris, suffragantem habui nec Cod. O. nec Ibn-'H. In illo quidem est ضريهم (scil. ضر بهم); in hoc autem, ut in P., هريهم. Apud Ibn-'H. etiam عظيم abest.

(47) Hoc ex Ibn-'H. receptum substitui τῷ يجمعون P.

(48) In textu nostro est صلاة (sc. صلات), quod, de sportulis s. stipendiis annuis adhiberi solitum, hic alienum. Numquid بلاد in eo latet? Sic quidem verti, adjutus Ibn-'Haukale, in quo pro صلاة الخزر est هذا البلد

(49) Ibn-'H. من

(50) Ibn-'H. والعشور والتجارات *et decumae* (frumenti?) *et merces.*

(51) Ibn-'H. من كل طريق سابل اليهم *omni viâ, quae ad ipsos fert.*

(52) In O. et Ibn-'H. ولهم Utrum rectius, nescio.

(53) Conjectura cel. Hamakeri est, pro وضايف Ibn-'Haukalis. In P. et O. طايف legitur.

(54) Sic corrigebam والملك P. Assensi sunt O. & Ibn-'Haukal.

(55) Ibn-'Haukal: سبعة *septem.* Sed apud Ouseley etiam: *nine.*

(46) Male P. والسلمون Rectum, quod in textu posui, et O. habet.

(47) Ibn-'H. واذا recte, ut videtur; ut ne, quae sequuntur, ad solos Idololatras referantur.

(48) Ibn-'H. فى نفسه

(49) Ibn-'H. الى, ita ut sensus hujus commatis hic sit: *non nisi hosce judices adire ei licet.*

(50) Ibn-'H. وبينهم يوم القضاء وبين الملك constructione minus congruâ.

(51) من الامور desunt in Ibn-'H.

(52) I.-'H. ويطلعونه على ما يكون منهم

(53) Id. عند ذلك بما يعملون عليه

(54) Ibn-'H. hic historiam judicii alicujus inseruit, observante Hamaker.

(55) Ouseley: *This city has not any suburbs.*

(56) Ibn-'H. غير أن

(57) Id. الصيف

(58) والنهر deest in O.

(59) Haec inde a يخرجون — vel *in viginti paras.* &c. ita sonant apud Ibn-'H.:

يخرجون الصيف باجمعهم الى ما زرعوه ويكون بالقرب والبعد نحو عشرين فرسخا فيضمونه بالعجل الى النهر والى موضع يقرب منها وينقلون ما اجتمع الى النهر فى السفن وما قرب من البلد بالعجل

Aestate omnes urbe exeunt ad sata sive vicina sive remota, in 20 parasangarum spatium, plaustrisque ea convehunt ad fluvium et ad locum non procul ab eâ (urbe) *dissitum;* (deinde) *quae ad fluvium congesta, navibus, quae prope urbem, plaustris transportant.*

(70) Male P. والعالب

(71) O. et Ibn-'H. الأرز

(72) In textu est كرثابه *Kersaba* Codicis P. Sed nullus dubito, quin in eo lateat كويابه *Kūjaba* s. *Kūjawe* h. e. *Kiew*, idque posui in versione. Emendationi huic, de quâ pluribus in libro de Ibn-Fofalani Russis ethnicis disputavi, fidem addit Cod. Oxon. in quo كونابه *Kūnaba*. Apud Ibn-'Haukalem scriptum est كربانه *Kerbana*.

Hoc argumentum pluribus exsequutus est Ibn-'Haukal, qui pro ومما عدا ذلك *Praeterea* — usque ad وكويابه *et Kūjabâ* haec habet:

والذى يحمل من عندهم من العسل والوبر انما يحمل اليهم
من ناحية الروس وبلغار وكذلك جلود الخز التى تحمل الى
الافاق ولا تكون الا فى تلك الانهار الشمالية التى بناحية
بلغار والروس وكربانه والذى بالاندلس من جلود الخز
شىء من الانهار التى بنواحى الصقالبة — واكثر هذا (هذه)
الجلود بل جلها (اجلها .Ham. f) يوجد فى بلد الروس
وشىء من ناحية ياجوج وماجوج رفيع يصل الى الروس
بمجاورتهم لياجوج وماجوج وتجرهم اليهم فيبيعونه ببلغار
قبل ان يخربوها فى سنة ثمان وخمسين وثلثماية ويخرج بعض
ذلك الى خوارزم لكثرة دخول الخوارزمية البلغار والصقالبة
وغزوهم اياهم والغارة (وغارتهم) عليهم وسبيهم ونضب
تجارة الروسية كان الى خزران لم يزل بهذه الحال

i. e. *Quidquid ex eorum terrâ exportatur, mellis atque pellium* (murinarum &c.), *ad ipsos e Russorum et Bulgharorum regionibus ad-*

vectum est; *) *quâ eâdem in caussâ etiam pelles lutrinae (?)* **) *versantur, quae quaquaversus evehuntur. Hoc autem* (animal) *non nisi in his fluviis septentrionalibus Bulghariae, Russiae et Kerbanae* (lego: Küjabae) *reperitur; ejus pellium quidquid in Hispaniâ deprehenditur, est autem parum quid, id ex fluviis Slavorum provenit. — Plurimae autem harum pellium, quid? quod praestantissimae in Russiâ reperiuntur; nonnullae etiam, et quidem pretiosissimae, e regione τῶν Jadschudsch et Madschudsch* (Gog & Magog s. Sibiriâ septentrionali) *ad Russos perferuntur, illis quippe populis vicinos et cum iis commercium habentes. Deinde eas vendebant Bulghariae, antequam eam destruxissent, id quod anno H. trecentesimo quinquagesimo octavo* (= a. 969. p. Chr. n.) *accidit. Pars* (inde) *in Choresmiam exportabatur, quatenus Choresmienses Bulgharos Slavosque frequentant, vel expeditiones in eos faciunt, in eorum agros praedandi caussâ excurrunt, indeque captivos abducunt. Russorum autem mercatura confluebat in Chaseran ad hanc nostram memoriam usque.*

(⁷³) Apud Ouseley (p. 186.) haec ita sonant: *The principal persons of Atel are Mussulmans and merchants.* In Ibn-'Haukale autem hoc comma sic habet: وخزران نصف المدينة المعروفة باتل الشرق وبه معظم التجار والمسلمين والتاجر *Chaseran est pars dimidia orientalis urbis Itil, in quâ maxima pars mercatorum, Muhammedanorum et mercium.* (Fieri potest, ut apud Ibn-Fofzlanum etiam legendum sit والمسلمين.) Adjicit idem Ibn-'Haukal: والنصف الغربي خاصة للملك وحاشيته وجنك *Pars dimidia occidentalis autem peculiariter a Rege, ejusque comitibus* (s. purpuratis) *et militibus tenetur.*

(⁷⁴) Ibn-'Haukal: والخزر الخلص لسانهم *Chasarorum genuinorum* (s. impermixtorum) *lingua* —

*) Ouseley p. 186: *They bring honey and wax from the borders of Rous.*

**) *Chass.* vid. inf. not. 89.

(74) In contrariam plane sententiam Ouseley p. 186: *Their language is like that of the Turks.* Verum et in Ibn-'Hauk. Cod. L. est, ut apud Ibn-Fofzlanum nostrum, لسانهم غير لسان الترك والفرسية — Ad hanc de Chasarorum linguâ observationem addere non abs re erit hunc quoque locum Ibn-'Haukalis:

ولسان البلغار كلسان الخزر ولبرطاس لسان اخر وكذلك لسان الروس غير لسان الخزر وبرطاس

Lingua Bulgharorum similis est linguae Chasarorum. Burtasi autem aliâ utuntur linguâ. Similiter Russorum lingua a linguâ Chasarorum et Burtasorum differt. Cf. Ouseley p. 190.

(76) Ibn-'H. والفرسية

(77) Ibn-'H. ولا يشار له perperam. Idem pro لسان فريق من الامم habet لسان من السنة الامم . — Hoc posterius comma in vers. Angl. sic habet: *and (their language) is not understood by any other nation.*

Post hoc comma Ibn-'Haukal haec inserit:

ونهر اتل يخرج جانبه الشرقى من ناحية خرخيز فيجرى ما بين الكيماكية والعزية (والغزية .l) ثم يذهب غربا على ظهر بلغار ويعود راجعا الى ما يلى الشرق حتى يجوز على الروس ثم على بلغار ثم على برطاس حتى يقع فى بحر الخزر

Fluvii Itil pars orientalis ex terrâ Chirchisorum profluit, et, postquam Keimakos Ghussosque medios secuit, occasum versus campos Bulghariae praeterit, deinde orientem versus reflectitur, donec Russos, mox Bulgharos, dein Burtasos transit, denique in mare Chasarorum involvitur. (Cf. Ousel. p. 187.) — Quae idem auctor deinceps de Semender, urbe Chasaricâ, addit, infra in medium producemus.

(78) يشهون pro يشبهون P. scripseram, assentt. deinceps O. et Ibn-'Haukale, apud quem quidem وليس يشبه الخزر الترك — Notanda hic quoque versio Angl., in quâ p. 188 legitur: *The people of Khozr are near the Turks, whom they resemble.*

(79) السمرة recepi ex Cod Ox. pro الحمرة P. Suffragatur Ibn-'H. in quo السمر

(80) Ibn-'H. الحسن والجمال (leg. ظاهرين) و(ظاهر

(41) Ibn-'H. ق haud scio an melius.

(42) Mallem فهم

(43) Ibn-'H. بعضا

(44) Idololatrarum nomen excidit in vers. Angl. ubi (p. 188) leguntur haec: — *the other race* (of the Khozr) *is fair complexioned: these sell their children.*

(45) فانهم ex O. et Ibn-'H. inserui.

(46) Ibn-'H. يتدينون

(47) Id. لبعض Idem mox مثل السابين omisit.

(48) Si الدقيق *dakik* legendum; sin vero الرقيق *rakik*, *mancipia* intelligenda sunt. Per scripturae rationem, quae in Cod. nostro obtinet, ambiguam distinguere non licet; *rakik* mancipis Ibn-'H. habet.

(49) خز *chass* pers. قز *kass* „Sericum netum, grossiusque. Bombycum n. folliculi, a papilionibus perrupti, plusculum coquuntur cum sapone, emollitique et cohaerentes a mulieribus in fila ducuntur fuso. item Pannus ex eo serico contextus. aliis Lana, s. pili animalis marini, Castoris puto, [sed v. Boch. Hieroz. I, 489] ex quibus texuntur vestes." Golius. Conf. supra not. 72.

(50) Puta vulpinas, castoreae, murinae etc. اوبار *pelles* in genere significat. — Hoc autem comma de rebus, quae e Chasariâ exportantur, ita habet apud Ibn-'Haukalem:

وليس يرتفع من بلد الخزر نفسه شيء يحمل الى البعد والقرب غير غرى السمك فاما الرقيق والعسل والخز والشمع والاوبار فجلوبة اليهم

Non devehitur ex ipsâ Chasariâ, sive in remota sive in vicina, nisi ichthyocolla. Mancipia autem, mel, cera (s. candelae), *pelles lutrinae aliaeque in eam aliunde importantur.* In Vers. Angl. haec ita sonant: *They bring from other countries those commodities which Khozr does not produce, such as tapestry or curtains* (?خز), *honey, candles, and similar articles.*

Addit Ibn-'Haukal:

ولباس الخزر ومن داناهم القراطق والاقبية وليس عندهم

شیء من الملبوس وانما يحمل اليهم من نواحی جرجان وطبرستان واذربيجان والروم وما يصاقبهم من الاعمال

Vestitus Chasarorum iisque vicinorum populorum constat ex Kurtak et Kaba. Neque vero apud ipsos vestimenti quid conficitur, sed ex Dschorschan, Tabristan, Aserbeidschan, Graecia (Rum) regionibusque confinibus ad eos importatur.

(91) Haec inde a خاقان فانه usq. ad ويقال له (*Chakan est — Praedicatur*) desunt in Cod. Oxon.

(92) In Arab. est: *Chalifa ejus.*

(93) P. يصايقونه , O. يصافبونه ; unde dedi يصاقبونه

(94) Quod in textu est الاخباة corruptum esse censeo. Numquid الحياء , vel الحرمة , vel الحشمة vel الخفارة vel simile vocabulum in ejus locum substituendum?

(95) Male Cod. P. فرع

(96) De Arab. *serir*, scamno — vide me ad *Ibn-Foszlan — über die Russen älterer Zeit.* not 50.

(97) In P. copula و ante جلس adest, quam delendam censenti mihi suffragatus est Cod. O.

(98) ويخلفه ex O. inserui.

(99) In hoc Turcicum جاوش *tschausch* (de quo apparitorum genere adi rerum 'Osmanicarum scriptores) latere, vix est quod dubites.

(100) Ipsum Chakanum intellige.

(101) Ad verbum: *ut nunquam hominibus sedeat et cum iis colloquatur.* Ceterum pro ويكلموهم scripsi ويكلمهم

(102) Ad verbum: *potestati solvendi ligandique.*

(103) Qui antea Ibn-Foszlani fere persequutus erat vestigia, Ibn-Haukal inde ab hujus §. initio mirum quam ab eodem deflectere coepit. Jam accipe, quae de Chakano Regeque Chasarorum tradit:

فاما سياساتهم وامر المملكة فيهم فانه ينتهى الى عظيمهم

المسمى خاقان خزر وهو اجل من ملوك الخزر لان ملك الخزر به ينعقد وهو الذى يقيمه ويفعله ــ

ولا تصلح الخاقانية الا فى اهل بيت معروفين (معروف ؟) وليس له من الامر والنهى شىء غير انه يعظم اذا دخل اليه ولا يصل اليه احد الا لحاجة فاذا دخل عليه تمرغ له الداخل فى التراب وسجد وقام من بعد حتى ياذن له بالقعود ــ

ويبلغ من طاعتهم لملكهم ان احدهم ربما وجب قتله ويكون من اكرمهم عليه واكبرهم منزلة لديه ولا يجب (يحب .l) الملك قتله ظاهرا فيامره ان يقتل نفسه فينصرف الى منزله فيقتل نفسه وقد ذكرت ان الخاقانية فى قوم معروفين ليس فيهم مملكة ولا يسار وربما كان فيهم موسرا (موسر .bene Ham) فاذا انتهت الرياسة الى احدهم عقدوا له ولم ينظروا الى ما عليه حاله ولقد اخبرنى من اثق به انه راى فى اسواقهم شابا يبيع الخبز وكانوا يقولون ان ملك خاقانهم فليس احد احق بالخاقانية منه الا انه كان مسلما قال ولا تعقد الخاقانية الا اليهود (لليهود .l) ولهم سرير فى قبة ذهب لا تضرب الا لخاقان ومضارب خاقان اذا برزوا محتاجين الى رحيل فوق مضارب الملك ومسكنه فى البلدان ارفع من مسكنه

Remp. administrandi summamque rei gerendi cura apud ipsos principi eorum, cui titulus Chakani Chasarorum, mandata

est. Hic Regibus Chasarorum major est. Rex enim Chasarorum ab eo instauratur, ejusque ad nutum et voluntatem se totus convertit. *) (Quae jam sequuntur vide adducta infra in not. 119.)

Dignitas autem Chakani non nisi certae alicui familiae competit. Chakanus autem nec jubendi nec vetandi jure ullo gaudet; quamquam summâ reverentiâ colitur ab iis, qui eum adeunt; non autem ad eum admittitur, nisi qui aliquid requirit (valde) *necessarii. Intromissus, in terrâ se volutat prosternitque, eum venerans. Postea surgens, stat, donec sedendi nactus fuerit veniam.* **) (Haec excipiuntur ab iis, quae in not. 117. et 106. adduxi.) —

Civium erga Regem obedientia tanta est, ut Rex, si eorum aliquem capite plecti oportet, neque tamen, quia apud ipsum gratiâ et auctoritate florebat, publice interfici vult, eum semet ipsum

---

*) κατα λεξιν: *Ille facit eum et stare et sedere.*

**) Similiter Dimeschky:

وكانت الخاقانية فيهم فى بيت معروف وكان خاقان هو الذى يولى الملك وليس له امر ولا نهى الا انه يعظم ويسجد له ولا يصل اليه احد الا الملك ومن فى طبقته واذا دخل عليه تمرغ فى التراب بين يديه وسجد ثم قام قايما حتى ياذن له فى الكلام والتقرب

Dignitas Chakani apud eos non nisi certae alicui familiae competebat. Chakanus erat, qui Regem constitueret; neque tamen is ullo jubendi vetandive jure gaudet, quamquam reverenter eum colunt eique venerabundi se prosternunt. Nemo ad eum admittitur, nisi Rex et qui hunc dignitate (fere) *aequant. Intromissus, coram eo in terrâ se volutat prosternitque. Deinde surgens stat, donec permissum ei fuerit loqui et propius accedere.*

interficere jubeat. Quod hic jussus domum properat, ubi mortem sibi ipse consciscit. *)

Jam supra dixi, Chanatum administrandi jus certae alicui familiae competere, licet nec dominio aliquo nec divitiis gaudenti. Quamquam subinde inter eos dives deprehenditur. Ad principatum si quis eorum poscitur, ei imperium tradunt, nullâ habitâ conditionis, quâ tunc quidem utatur, ratione. Narravit mihi quidam, cui non possum non fidem habere, se in foro eorum vidisse juvenem, panes vendentem **), *cui soli, mortuo qui tunc esset Chakano, jus in Chanatum succedendi competere, circumstantes mihi confirmabant, quamquam Muhammedanus esset. At enimvero Chakanatus non nisi Judaeis mandatur.*

Thronus Chakani sub canopeo aureo est, quale ei soli figitur. Chakani etiam tentoria, ubi in itinere sunt, et palatia in variis regni urbibus super tentoria et palatia Regis eminent.

(103) Post الدار in textu cernitur والنهر, quod, nisi forte corruptum ex والقبر sit, vix locum habere potest.

(104) Vel etiam: ad illum defunctum.

(105) De ejusmodi ritu sepeliundi Ibn-'Haukal nihil tradidit. Apud eum contra haec leguntur:

اذا مات ودفن لم يمر احد بقبره الا ترجل له وسجد ولا يركب
بها لم يغب عن قبره

Mortuus (sc. Chakanus) *quum humo conditus est, nemo ejus sepulchrum transit, quin ex equo descendat, cum reverendi gratiâ, coramque eo venerabundus se prosternat; nec fas est, rursus ascendere in equum prius, quam sepulchrum oculis ipsius subtractum sit.*

---

*) In eandem sententiam Dimeschky:

وكانت طاعتهم للملوك بحيث ان احدهم اذا وجب عليه
القتل ينصرف الى منزله ويقتل نفسه

**) Ousel. p. 190: *selling petty articles.*

Idem et Dimeschky tradit:

اذا مات (يعنى خاقان) ودفن فلا يمر احد بقبره الا ترجل ونزل وسجد. ولا يركب حتى يغيب عن القبر

(١٠٧) Ex O. inserui ان

(١٠٨) الزين يحاذونه idem valere censeo atque الزين يصاقبونه

(١٠٩) P. الجوار perperam. Correctionem approbavit O.

(١١٠) Sic scripsi pro الجوار والسرارى codicis P.

(١١١) Verba وكل واحدة usque ad مضربه desunt in O.

(١١٢) واحدة ex emendatione. In P. male واحد

(١١٣) i. e. qui apud eam cubicularii munere fungatur.

(١١٤) فى ex O. inserui.

(١١٥) Ita scripsi pro اوطاها

(١١٦) Sic correxi لوجه P.

(١١٧) Ibn-'Haukal hic aliquid variavit:

واذا حزبهم امر عظيم او حرب اخرج فيه الخاقانى (الخاقان .l) فلا يراه احد من الاتراك وغيرهم من يصاقبهم من اصناف الكفر الا سجد وانصرف ولم يقابله تعظيما له

Si quid calamitatis bellive incidit, Chakanus in publicum producitur; tunc a Turcorum Infideliumque iis vicinorum nullo conspicitur, quin, postquam venerabundi sese prostaverint, se avertant; nemo eum ex adverso respicere audet (seu, *obviam it*, si يقابله legendum; sin vero يقاتله, *armis eum impugnat*) *reverentiâ scil. percussus.*

Addo haec eadem ex Dimeschkyo:

اذا حدث بهم خطب عظيم اخرج خاقان فلا يراه احد من

الترك ومن يصاقبهم من اهل الكفر الا انصرف ولم يقاتلهم تعظيما له

(١١٢) Rectius اربعون cum O. scribendum erat.

(١١٣) Haec etiam plane diverso modo narrat Ibn-'Haukal:

واذا ارادوا ان يقيموا ملكا بعد هلاك ملكهم جاء هذا الخاقان به فذكره وعظه (l. ووعظه) وعرفه ما عليه وله من حقوق الملك واثقاله وما ينويه (f. ينوبه) من الاثم والوزر فيما يتكلفه ان قصر فيه او عمل بغير الواجب منه واتى غير الصواب والحق فى احكامه — واذا جاوٴوا به ليقعدوه فى المملكة ويسلموا عليه بها خنقه خاقان بحريرة فاذا قارب ان ينقطع نفسه قالوا كم تشتهى مدة الملك فيقول كذا كذا (l. وكذا) فان مات دونها والا قتل اذا بلغ تلك السنة

Mortuo Regi si alius sufficiendus est, Chakanus adductum eum monet et cohortatur, ei demonstrat, et quae ipse debet et quae ipsi debentur, jura atque officia regia, eique ob oculos ponit imperii gerundi onera et quam peccati criminisque incurrat culpam, si in iis, quas in semet suscepturus sit, curis officio suo desit, aut temere quid agat, aut pravum et injustum in sententiis pronuntiandis se exhibeat. — Adductum, ut Regem constituant et salutent, Chakanus funiculo sericeo circa fauces circumdato strangulare coepit, et ubi ejus anima in eo est, ut fere intercipiatur, interrogant, quot annos regno praeesse optet. Ad quod, tot vel tot annos, respondet. Postea si citra hunc terminum fato functus fuerit, bene habet; sin minus, hunc annum ubi attigerit, interficitur.

Similiter Djimeschky:

واذا احبوا ان يولوا ملكا خنقوه فاذا قارب ان يهلك قالوا

له كم تحب ان تقيم فى ملكك فيقول كذا وكذا سنة فيكتبوا (فيكتبون .l) ذلك ويشهدوا (ويشهدون .l) على نطقه فاذا بلغ الميقات ولم يمت قتل

Quem Regem constituere volunt, strangulare incipiunt. Quo postquam eo redactus est, ut parum absit, quin exspiret, quot annos praeesse imperio velit, interrogatus respondet: tot vel tot annos. Id quod litteris consignant dataeque fidei testes adhibent. Jam, si terminum constitutum attigerit nondum mortuus, interficitur. — Moneo in vers. Angl. p 183. mirum hunc ritum non de Rege, sed de ipso *Chakano* narrari.

(120) Hoc ex O. restitui pro فبوهبهم P.

(121) Sic lectionem P. وديلهم corrigebam ex conjecturâ, comprobatâ deinceps ab auctoritate Cod. O.

(122) O. او ربا

(123) Cum O. غلمان omisi, quod P. post اصحاب inserit, quamquam ob sequens الغلام potius اصحاب ejiciendum esse putaveris.

(124) O. خز Numquid hic خلمة Arab. latet?

(125) Sic pro pravâ lectione P. البلد scripsi, suffragante O.

(126) O. addit الخزر Quo admisso ملك pro اللك scribendum.

(127) O. دار

In superioribus quum etiam de urbe Chasarorum primariâ *Itil* sermo fuerit, haud ab re duxi, hoc loco nonnulla de tribus aliis eorundem urbibus celebrioribus, *Belendscher*, *Semender et Chamlidsch*, antehac inedita subjungere.

BELENDSCHER.

EX JAKUTI LEXICO GEOGR. MAJORE.

بلنجر بفتحتين وسكون النون وفتح الجيم وراء مدينة ببلاد الخزر خلف باب الابواب (1) قالوا فتحها عبد الرحمن بن ربيعة وقال البلاذرى سليمان بن ربيعة الباهلى وتجاوزها ولقيه خاقان فى جيشه خلف بلنجر فاستشهد هو واصحابه وكانوا اربعة الاف وكان فى اول الامر قد خافهم الترك وقالوا ان (2) هولاء ملئكة لا يعمل فيهم السلاح فاتفق ان تركيا اختفى فى غيضة (3) ورشق مسلما منهم (4) فقتله فتنادى فى قومه ان هولاء يموتون كما تموتون فلم تخافوهم فاجروا عليهم واوقعوهم حتى استشهد عبد الرحمن بن ربيعة واخذ الراية اخوه ولم يزل يقاتل حتى امكنه دفن اخيه بنواحى بلنجر ورجع بقية المسلمين على طريق جيلان وماكان فقال عبد الرحمن بن جانة (5) الباهلى * وان لنا قبرين قبر بلنجر وقبر بصين استان يا لك من قبر * فهذا الذى بالصين عمت فتوحه وهذا الذى يسقى به سبل (6) القطر * يزيد (7) ان الترك لما قتلوا عبد الرحمن بن ربيعة وقيل (8) سليمان بن ربيعة واصحابه كانوا ينظرون (9) فى كل ليلة نورا على مصارعهم فاخذوا سليمان بن ربيعة وجعلوه فى

تابوت فهم يستسقون به اذا اقتحطوا واما الذى بالصين فهو قتيبة بن مسلم الباملى

(١) Male in textu الباب الابواب erat. Sed auctores passim ita peccant in hoc nomine scribendo.

(٢) Elif posterior exciderat.

(٣) Male in textu erat عيضة

(٤) Cod. Oxon. pro منهم habet بسهم

(٥) Sic posui pro حمامة Cod.

(٦) Num سبل pro سبل legendum?

(٧) يزيد rectene habet? an legendum بريد ?

(٨) Ita scribendum censui pro قتل

(٩) Sic emendavi ينظرون Codicis.

Belendscher *) *urbs in terrâ Chasarorum sita ultra Bab-el-abwab* (s. Derbend). *Eam Abd-ur-Rahman filius Rabiae, vel, ut Belasory* **) *vult, Suleiman filius Rabiae Bahely, expugnâsse dicitur, qui eam transiens* (quum porro in terram pervasisset), *ultra Belendscher obvium habuit Chakanum cum exercitu suo;* sed (commisso proelio) *et ipse et milites sui, quatuor millia numero, occubuere veritatis Muslimicae testes gloriosi. Ab initio quidem Turci* (i. e. Chasari) *eos pertimescebant, opinantes, angelos esse, in quos arma vim non exserant. Accidit autem, ut Turcus quidam, qui in sylvâ se abdiderat, Muhammedanorum illorum aliquem sagittâ peteret occideretque. Tunc is altâ voce inter suos proclamare: „hi morti obnoxii sunt, ut vos; cur igitur eos pertimescitis?" Quo dicto moti* (Chasari) *impetu capto*

*) Sic pronuntiari hoc nomen disertis verbis jubet Jakutus.

**) Mort. a. H. 279. (= C. 892, 3.) vid. cel. Hamakeri Spec. Catal.

*praecipites eos exitio dedere, ita ut ipse Ȧbd-ur-Raḣman filius Rabiȧe martyrio occumberet. Hic frater ejus, assumto signo, proelium sustinuit, donec corpus exanimum in agro Belendscherensi humo condere datum esset. Quo facto cum reliquiis exercitus per viam, quae in Dschîlanum et Makanum *) fert, rediit. Cecinit autem Ȧbd-ur-Raḣman filius Dschomanae Bahely:*

Sunt nobis duo sepulchra: unum ad Belendscher, alterum in Sinistan; et o quam sancta sepulchra!

Ille, qui in Siná conditus humo, victoriis immensum orbem terrarum complexus est; hic autem agros pluviae rigat torrentibus.

Addit, Turcos, occiso Ȧbd-ur-Raḣman filio Rabide, vel, ut alii volunt, Suleiman filio Rabide, uná cum exercitu suo, quavis nocte luminis aliquid super locis, ubi occubuerant, conspexisse. Qua re commoti effossum filii Rabide cadaver in feretro posuere, et, quando siccitate laborabatur, per id Deum obtestantes pluviam expetere solebant. Quod ad illum, qui in Siná jacet, est is Koteiba filius Muslimi Bahely.

SEMENDER. **)

EX IBN-'HAUKALE.

وللخزر ايضا مدينة تسمى سمندر وهى فيما بينها وبين باب الابواب وكانت بها بساتين كثيرة يقال انها كانت تشتمل على نحو اربعين الف كرم وسالت عنها بجرجان سنة ثمان وخمسين وثلثماية لقريب عهد بها — وكان يسكنها المسلمون وغيرهم

*) Nescio an textus sanus sit. Num forte legendum وكان ما كان ?

**) Moneo, hujus urbis nomen passim in libris corruptum offerri, veluti ستمدر *Setemder*, سميد *Semid*, اسميد *Asmud.*

ولهم بها مساجد وللنصارى بيع وليهود كنايس فاتى الروس
على جيع ذلك واملكوا جيع ماكان على نهر اتل لجيع خلق
الله من الخزر والبلغار وبرطاس واستولوا عليها فلجاء اهل
اتل الى جزيرة باب الابواب وتحصنوا بها وبعضهم فى جزيرة
سياه كويه مقيين حايفين وكانت منازلهم خركامات وابنيتهم
من خشب قد نسج وسنمت سطوحهم وكان ملكهم من اليهود
قرابة ملك الخزر — ولا اعلم انه كان فى عمل الخزر مجمع
للناس غير سمندر

Chasarorum urbs etiam Semender *est, sita inter illam* *) *et Bab-el-abwab. Abundabat hortis adeo, ut quadraginta admodum millia vitium* **) *comprehendisse perhibeatur. Quam rem Dschordschanae anno trecentesimo quinquagesimo octavo* (= 969. p. Ch. n.) *percunctatus sum, recens tunc adhuc vigente ejus memoriâ. — Incolebatur a Muhammedanis aliisque. Illis ibi sua erant templa, ut Christianis aedes sacrae, Judaeis synagogae. Deinde autem Russi, invasione factâ, quidquid Chasari, Bulghari et Burtasi ad fluvium Itil tenebant, perdidere eâque* (urbe) *potiti sunt. Accolae τȣ Itil ad insulam, quae ad Bab-el-abwab est, fugâ se recipientes, ibi se muniebant; pars eorum autem in insulâ Sijah-kuh subsistebant non sine continuo metu. Domicilia eorum mapalia erant, atque aedificia e lignis decussatim junctis constructa, cum tectis convexis. Rex eorum Judaeus erat, affinitate cum Rege Chasarorum junctus. — Equidem in ditione Chasarorum nescio locum, in quo major hominum confluxus sit, quam in Semender.* (Cf. Ousel. p. 187.)

*) Haud dubie urbem Itil intelligere oportet. Vid. Iftachry pag seq.

**) Nisi forte hic potius ipsae vineae intelligendae, ut diserte idem Iftachry ibidem.

سمندر بفتح اوله وثانيه ثم نون ساكنة ودال مفتوحة واخره راء مدنية خلف باب الابواب ثمانية الايام (1) بارض الخزر بناها انوشروان بن قباد كسرى وقال الازهرى سمندر موضع وكانت سمندر دار مملكة الخزر (2) فلما فتحها سليمان بن ربيعة انتقل عنها الى مدينة اتل وبينهما مسيرة سبعة ايام قال الاصطخرى سمندر مدينة بين اتل مدينة صاحب الخزر وباب الابواب ذات بساتين كثيرة يقال انها تشتمل على نحو من اربعة الاف بستان كرم وهى ملاصقة لحد ملك السرير والغالب على ثمارها الاعناب وفيها خلق من المسلمين ولهم بها مساجد وابنيتهم من خشب قد فسخت (3) وسطوحهم مسنمة وملكهم من يهود قرابة ملك الخزر وبينهم وبين حد السرير (4) فرسخان وبينهم وبين صاحب السرير هدنة ومن سمندر الى اتل مدينة الخزر ثمانية ايام ومن سمندر الى باب الابواب اربعة ايام

(1) Imo vero ايام

(2) Male in P. دار ملكه للخزر Recepi مملكة e Cod. O.

(3) Sic correxi P. فسحت Praestabit tamen lectio Ibn-Haukalis, quam vide supra.

(4) Sic pro السرى P, scripsi, assentiente O.

¹· *Semender, urbs Chasariae, octo dierum itinere ultra Bab-el-abwab sita, condita est ab Anuschirwan filio Kobadi Chosroë. De eâ Ashery haec tradit: Semender nomen loci alicujus est. Erat autem olim Chasarorum sedes regia; sed captâ eâ a Suleiman filio Rabiae, regia in urbem Itil translocata est. Inter utramque spatium itineris septem dierum intercedit. Accipe etiam, quae Istachry de ea memoriae prodidit: Semender, inquit, urbs est inter Itil, urbem* (prim.) *Principis Chasarorum, et Bab-el-abwab sita, permultis gaudens hortis; quid? quod quatuor millia admodum vinearum habere dicitur. Contigua est finibus Regis Seriri. Qui ibi producuntur fructus maximâ ex parte uvae sunt. Civium partem constituunt Muhammedani, quibus sua templa. Domus eorum ex ligno constructae jam dissolutae sunt,* (*) *tectis etiam jam gibbosis. Rex eorum Judaeus est, affinitate cum Rege Chasarorum junctus. Inter eam et fines Seriri duae intercedunt parasangae. Cum Seriri Principe pacem habent. Semender ab Itil, urbe* (primariâ) *Chasarorum, octo dierum viâ, a Bab-el-abwab quatuor dierum distat.*

(*) Vid. not. 3. ad textum Arabicum modo praemissum.

CHAMLIDSCH.

EX EODEM JAKUTO.

خليج مدينة ببلاد الخزر قال البحترى يمدح اسحق بن
كنداجى (a) * لم تنكر الخزانات الى ذواية تحثل فى الخزر

(a) Scholion: كيداجنى

والذوايب والذرى • شرف تزيد بالعراق الى الذى عهدوه
فى خليج او بيالتجرا •

Chamlidsch urbs in terris Chasarorum sita est, cujus Bohtery (celeberrimus poeta, anno H. 282. = Chr. 896. mortuus) *in carmine, quo laudes Ishaki filii Keidadscheny dicebat, mentionem fecit.* (Sequitur distichon, corruptum, ut videtur, cujus sensum non satis assequor.)

Quod restat, Chamlidsch urbs etiam a Schems-ed-dino Damasceno tamquam una de quatuor clarioribus Chasarorum urbibus recensetur.

Επιμετρον.

Facere non possum, quin locum aliquem, qui, etsi apud recentiorem auctorem obvius, non nullius momenti est, veteribus hisce memoriis subjungam. Exstat in libro محاضرة الاوايل ومسامرة الاواخر (s. *Conversatio de institutorum initiis et confabulatio nocturna de eorundem extremis*), qui auctorem habet Scheichum على دده الرومى Âly-Dedeh Rumaeum (mortuum anno H. 848. = Chr. 1444, 5.), et a Scheicho Aly filio Scheichi el-Hasan Rumaeo (mort. a. H. 998. = Chr. 1590.) in compendium quidem redactus, sed eâdem operâ emendatus auctusque est. Codex autem in Museo Asiatico nostro asservatur.

fol. ٨٤ verso.

اول من بنى من ملوك الفرس على جبل الفتح حصونا
وقصورا وابوابا كسرى انوشروان حذرا من استيلاء الترك
والتتار ومد سلسلة على باب الاكبر وبنى من خارجه ثلثمائة
وستون قصرا مما يلى ارض الخرز (الخزر .l) من الاتراك

الخاقانية المتصلة بقبايلهم الى سد ياجوج وكان خراج ملك
الروم ينسب الى الخاقان منذ اربعة الاف سنة فلما ملك
كسرى سد طرقهم وقهر امراءهم فى ممالك الروم ومنهم
بقايا الى عصرنا هذا سنة سبع وتسعين وتسعماية وهى طايفة
شهيرة بمجار وفيهم طوايف فى قرى متفرقة من نواحى
بلدة فى هيئة التتار وبعضهم يتكلم بلسانهم قد صاحبتهم
واخذت اخبار تواريخهم عنهم فوجدتها موافقا للتواريخ
الاسلامية

Qui primus regum Persarum in montibus victoriae (i. e. Caucasicis) *arces*, *castella portasque conderet*, *Kesra* (s. Chosroes) *Anuschirwan est, qui id fecit metu, ne Turci Tatarique praevalerent. Obtensá catená faucium maximam occlusit, ultraque eam castella trecenta et sexaginta exstruxit in tractu contiguo terrae Chasarorum, qui e numero Turcorum Chakanicorum sunt, quorum tribus* (Ordae) *ad aggerem Jadschudsch* (Jagog) *usque pertingunt. Tributum Regis Rumaeorum Chakano inde ab quatuor millium annorum memoriá pendebatur.* (?) *Sed Chosroes*, *simulatque adeptus regnum est*, *viis obstructis*, *eorum Emiros in regionibus Rumaeorum versantes vicit. Horum reliquiae ad hanc usque memoriam nostram i. e. a.* 997 (= 1588, 9. p. Ch. nat.) *superstites sunt, natio scil. nota sub nomine Madschar*, *inter quos in pa-*

*gis dispersis territorii urbis. . . . *) multi reperiuntur, qui habitu cultuque Tatarorum sunt et pars linguâ eorum loquitur. Ipse me in eorum consuetudinem dedi, et ab iis annalium suorum relationes accepi, quas historiis Muhammedanicis congruas deprehendi.*

---

*) Nomen urbis hoc loco excidit. Supplendum autem est بودون *Budun* i. e. *Buda* notissima Hungariae urbs. Id intellexi ex simili huic relatione obviâ in alio auctoris libello.